Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



te operante proficiant. P. prefa. Dequum et
salutare. Te quidem. Communicantes
et noctem sacratissimam celebrantes resur
rectionis domini nostri ihesu xpi secundum carnem.
Sed et memoriam venerantes. In pri
mis gloriose semper virginis Marie genitricis
eiusdem dei et domini nostri ihesu xpi. Sed et b. In
fra actus. Hanc igitur oblationem servitu
tis nostre sed et cuncte familie tue quam tibi
offerimus pro his quoque quos regenerare
dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis
remissionem omnium peccatorum quesumus domine ut
placatus accipias. Sec. Suscipe domine quesumus pre
ces populi tui cum oblationibus hostiarum ut pas
calibus iniciata misteriis ad eternitatis nobis medela
te operante proficiant. P. Ae via. ps. Laudate dominum. a.
Vespere autem. s. Magnificat. com. Spiritum
nobis domine tue caritatis infunde. ut quos
sacramentis paschalibus saciasti. tua fa
cias pietate concordes. P. dominum. eiusdem.
Secundum romanum ordinem dicitur. Ite missa est. usus